

dem Konglomerat von Unordnung einen Sinn herauszulesen. Ein Disput, der sich an Worte anlehne, sei überhaupt ausgeschlossen¹. Manches, was auf der Synode gesagt worden sei, müsse er völlig übergehen, weil es theils zu unverständlich, theils zu kindisch sei².

Um allerdings einen Geschmack an der Uebersetzung zu bekommen, lese man zum Beispiel des Diakons Euphаний 'Sententia' in der Ueberschrift des 15. Kapitels des IV. Buches³. Wir verargen es dem Verfasser nicht, wenn er dabei die Gelegenheit benutzt, seinem Aerger von neuem freien Lauf zu lassen⁴.

Die Uebereinstimmung dieser beiden Urtheile über diese Uebersetzung ist von Wichtigkeit. Sie beweist, dass Anastasius und der Verfasser der L. C. ein und dieselbe Uebersetzung vor

vitiis infectas nostris disputationibus coacti, quia res exigit, interserimus: quia, cum inter corrupta eorum verba corrupti nihilominus sensus sint, et nos verborum reprehensiones prolixitatis causa ommittentes, sensuum solummodo seriem inculcemus et laboriose id, quippe cum unum pendeat ex altero, alterunque sit insertum in altero, faciamus, restat, ut, annuente domino, postposita reprehensione, quae verborum vitiis accidit, sensuum tantum inordinatas conglomeraciones spiritalis pugni inlusione quassantes, coeptum iter et magna ex parte peractum pergamus'. 1) 'Disposuimus quidem in earum professionibus non verba, sed sententias discutere, nec litteraturam, sed sensus ventilare, quoniam litteraturae ordinem in his infinitum est quaerere, quippe cum nulla sententia in eiusdem lectionis prolixo textu per eam possit stare, in rarioribus autem verborum erratibus et eruditionis lima nec dum politis facile inter sensuum errata disputatur. Ubi ergo in proluxa lectionis serie nec sensuum est puritas nec verborum integritas, difficile de singulis disputatur, quoniam in infinitum disputationis ordo protenditur' (IV, 16). 2) 'Quod aut difficultas inordinati sermonis nostro intellectui impertire negaverit, aut puerilis dicti ineptiam, reverentia cohibens, noster sermo persequi despexerit'. 3) 'Quoniam hic titulum erigens Domini et se ipsa tangens fimbriis tituli sicuti quidem venit sanctum Evangelium, quoniam salutem adeptus est inter medium ille et Domini imaginis, herba quaedam germinavit, quae adpropinquans pedem tituli omnes infirmitates curat'. 4) 'Saepe iam in hoc opere diximus, quod et perspicue apparet, paene omnes eorum sententias, quas ob imaginum adorationem in sua synodo protulerunt, quodammodo tantis esse ignaviae caliginibus interpolatas, ut eloquentia sensuque carentes difficile earum sensus lectorum attingat mentes. Cum ergo illarum ineptissimi textus compago haudquaquam ea, quae profari cupiunt, evidenti sermone exprimat, habet tamen inter eadem verborum nubila quaedam perspicua indicia nominum videlicet seu rerum notissimarum mentiones, veluti cum inter densas tenebras quorundam torrium igniculi interlucunt, ut per rerum vocabula et res notissimas lectoris animus ea, quae exprimere volunt, persentiat' (IV, 15).